



**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XLV. de Consensu in resignationibus & pensionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](#)

quibus vide per Bart. & Decium in l. si librarius ss. de regulis iuris Panor. Imo & Felij. in cap. ex litteris de fide instrum.

B *Papa non vult*) Etiam si in gratia sit adjecta clausula *motus propri*, vel non obstante. &c. quae quidem non videntur sic ampliate gratiam, ut auferant jus alio, ut scribit Gemin. in c. quamvis 15. num. 4. de rescript. nisi Papa expresse dicit. rota decis. 19. Crescent. decis. 5. de concess. prob.

*Argumenta in Regul. XLIII. INNOCENTIJ VIII.  
qua est XLIV. PAVLIV.*

1. Quid distet renunciatio à cessione?
2. Verbum Nullatenus, annullat actum ipso jure perinde ac clausula irritas.
3. Ad Camera admitteret resignacione non servata forma hujus regulae.
4. Curia de qua in Regula quo pacto accipiat.
5. Cancellaria non solebat admittere procuratorem ad renunciandum post annum, sed Camera fecit.
6. Consensus pensionarii de quo in reg. ut intelligatur, ut & num. 9.
7. In Curia sufficit consensus procuratoris pensionarii.
8. Hæc Regula inventa est ad fraudes tollendas.
9. Consensus debet præstari per resonantem, aut procuratorem ad hoc specialiter constitutum.
10. Consensus quando extendi debeat. Constitutio Clementis VII. I. de extend. consensibus non est in usu. Ib.
11. Consensus quando extendi debeat. Consensus quando extendi debeat. Constitutio Clementis VII. I. de extend. consensibus non est in usu. Ib.
12. Consensus præstari potest etiam post obitum resonantis, quod extenditur, etiam si probaretur constituentem mutasse voluntatem, nisi tamen ejusmodi voluntatis mutatio fuerit intimata procuratori constituto, vel ipsi Resignatario.
13. Consensus non potest post obitum præstari, quando resignans porre supplicationem, & postea confirmat procuratorem ad consentiendum resignationi; nam si moriatur resignans, procurator post eius mortem non potest præstare conlentum.
14. Resignans à quo tempore definit facere fructus suos.
15. Resignatio conditionalis non abdicat jus nisi adimplitis conditionib.
16. Jus non abdicatur à resignante nisi beneficium acquiratur resignatio quod intellige, ut ibi.
17. Quandiu quis sustinetur in officio potest administrare & conferre.
18. In resignatione conditionalis possit sio demum transit à resignante in resignationem sive compermutationem quando resignatio seu compermutatio suum sortita est defectum,
19. Permutatione non sortita effectum an permutans propria auctoritate redire possit ad suum beneficium.
20. Jus & titulus beneficii non cèlere à resignante abdicatus, donec pol.

- sessio & titulus sit resignatio quæstus; & interim possessio semper remaneat penes resignantem.
21. Anterior facta est hæc Regula per no viissimos pontifices, & in quo.
22. Uter resignatariorum sit preferendus; an posterior in cōsensu, an vero anterior in cōsensu, sed in data prior.
23. Resignanti liberū est p̄cēnitere an regum præstetur consensus in cancellaria vel Camera.
24. Licet ex parva data videatur datus consensus adeo ut post obitum resignantis possit præstari consensus formalis, nihilominus resignans potest adhuc p̄cēnitere.
25. Res dicitur adhuc integra post parvam datam.
26. Locus est p̄cēnitētix donec & quo ulque datus sit formalis consensus in Camera vel Cancellaria.
27. Si resignans moriatur post signatę supplicationum ante præstitum contentum in Camera vel Cancellaria, beneficium vacat per obitum & non per resignationem.
28. Procurator constitutus ad resignandum potest revocari à domino etiā supplicatione signata & dato parvo consensu, intimando revocationem in Camera vel Cancellaria.
29. Quid si in revocatione commissus aliquis error?
30. Quid de revocatione mandati procurare per litteras?
31. Resignatio requirit speciale mandatum, quod fallit, quando procurator cum generali mandato efficitur constitutus ad transigendum in casu decis. II. Crescentii de procur.
32. Appellatione beneficij venient etiā dignitates & personatus ad effectum hujus regulæ; non tamē Episcopat⁹.
33. Consensus etiam induci potest per solam supplicationis porrectiōnem ex sententia Mohedani.
34. Data supplicationis attenditur & retrotrahitur.
35. Litteris non expeditis nihil prodest resignatio ad effectum capienda possessionis.
36. Capiens possessionem ex sola supplicatione signata, dicitur intrusus, & amittit jus in beneficio si quod habet.
37. Differentia inter renuntiationem & resignationem.
38. Hodie admittitur cessio juris quod quis habet ex supplicatione signata & registrata etiam in favorem, & litteris non expeditis.
39. Præsentis in Curia resignantis requiritur consensus, non autem procuratoris, & quid in resignationibus Cardinalium?
40. Ultra consensum resignantium vel cedentium in beneficis Jurispatronatus, requiritur consensus patronorum, & quomodo præstetur hujusmodi consensus, & quid in beneficiis electivis? quid in iis quæ sunt ad denominationem Cardinalium.
41. Consensus formalis solet præstari in Camera vel Cancellaria.
42. Consensum hodie præstare non est necesse intra tempus constitutum per Clementem VII.
43. Rotæ decis. de præstadiis cōsensibus
44. Consensus præstitus à procuratore etiā post quatuor menses à morte resignantis vacat, quod fallit ut hic,
45. Consensum imponentis pensionē

Ff

suffici

- sufficit præstari per' resignantem  
vel resignatarium ex intervallo.
46. De stylo Curia non recipiuntur  
consensus conditionales in reservatio-  
nibus pensionum.
47. Derogatio hujus Regulæ quando  
concedatur.
48. Clausulæ apponit solite in reserva-  
tionibus pensionura.
49. Clausula in reservationibus pensio-  
num pro parochialibus.
50. Verbum liberi in reservationibus  
pensionum quid importet.
51. Clausula dummodo remaneant debet  
justificari per pensionarium.
52. Contentus pensioni prætitibus ab  
eo cui de beneficio nulliter provi-  
sum erat, non præjudicat ei cui be-  
neficium legitime obtigit.
53. Hæc Regula ait sit de dandis?
54. Tenor Constitutionis Pij V.
55. Ordinarij resignationes ben. ad-  
mittere non debent nisi is qui resig-  
nat habeat aliunde unde commode  
vivere possit.
56. Ordinarij recipientes resignationes  
ex causis in Constitutione Pia-  
na relatis, non possunt conferre suis  
aut resignantium familiaribus, con-  
sanguineis aut affinibus.
57. Ordinarii quomodo admittant re-  
signationes eorum qui sunt religio-  
nem ingressi.
58. Resignatio beneficij an valeat ad  
cujus titulum est quis ordinatus  
non facta mentione tituli in sup-  
plicatione esto quod facta sit men-  
tio resignantem habere unde com-  
mode aliunde vivere possit, & quid  
de stylo Curia? num. 65.
59. Concilium Trid. Sess. 21. cap. 2. pro-  
hibet non admitti resignacionem  
beneficij ad cuius titulum quis est  
ordinatus, nisi constituto quod aliunde  
de vivere commode posse.
60. Beneficium surrogatum beneficium  
ad cuius titulum quis est promotus  
ad S. Ordines, resignari non potest,  
nisi facta mentione quod sit surro-  
gatum ei ad cuius titulum fuerat re-  
signans promotus, & quod habet  
aliunde &c.
61. Renunciatio beneficij facta sub  
pensione sufficienti ad congrua  
sustentationem, non tamen facta  
mentione quod ad illius titulum  
quis sit promotus, non valet.
62. Permutationes beneficiorum sunt  
nullæ non facta mentione quod per-  
mutans ad titulum beneficii per-  
mutati fuit sacerdos ordinatus, nisi per-  
mutatio sit æqualis.
63. Navarri consilium 23. lib. 3. expen-  
ditur.
64. Flaminij Parisii opinio defenditur  
eiusque formulæ resignationes co-  
siderantur.
65. Stylus Curia in resignationibus  
beneficij ad cuius titulum quis est or-  
dinatus.
66. Stylus Curia Romanus attendendus  
est.
67. Stylus Curia Rom. facit jus, non  
solum in Curia, sed etiam in parti-  
bus.
68. Sententia contra stylu leta est nulla
69. Constitutio Papæ non potest tolli  
per contrarium usum sine ipsius Pa-  
pæ scientia & expresso consentio.

Regula

*Regula* xliii. *INNOCENTII VIII.*  
*qua est* xliiii. *PAVLIV.*

**DE CONSENSV IN RESIGNATIONIBVS**  
& pensionibus.

Item voluit & ordinavit quod super resignatione cuiuscumque beneficii, Ecclesiastici seu cessione juris in eo quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans vel cedens si præsens in Romana Curia fuerit personaliter, alioqui per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit & iuraverit, ut est moris, \* nec litteræ resignationis, vel assignationis etiam motu proprio cuiusvis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius qui dictam pensionem persolvere tunc habebit.

**GLOSSEMA ALPHONSI.**

*I*sta Regula dicit quod resignatio beneficii quo sit in manibus Domini nostri Papæ, vel in Cancellaria Apostolica, non expediatur cum apostolica litteris, nisi resignans, vel cedens iuri, si præsens fuerit in Rom. Curia personaliter, alias per procuratorem suum ad hoc specie alter constitutum, videlicet ad resignandum tale beneficium, consenserit expeditio hujusmodi in Cancellaria: & iuret quod non intervenierit frau, dolus, vis, metus ne aliquis simonia, nec litteræ pensionis, vel assignationis pensionis etiam motu proprio impedito expediantur, nisi de consensu illius qui talem pensionem imponit, hoc dicit. & est *i*psa ista regula propter fraudes que fiebant in Curia, quas ad longum reserre laborio-  
*miser*, plusquam subtile: & nota differentiam hic inter renunciationem & cessionem:  
*ren*signatio est quando quis possidet beneficium, sed cesso iuris quod habet in eodem, &  
*cess*io pro nino fundare iure hoc: & credo quod renunciatione vel resignatio aliquando pos-  
*nitur* pro cessione & contra, ut patet in tit. de Renunciat. juncto c. veniens & c.  
*l*ane, eod. tit. & c. sollicitè de restit. spol. & cap. accepta eod. tit. & l. postquam  
*tit. C. de pact.* & cap. cum prædam eo. lib.

Ff. 2

Item

**G** Item ponderandum est istud verbum nullatenus expediantur hic positum, quod si nullat actum ipso iure, ut dicit glo. in verbo nullatenus in cle. 1. de sequenti pol. & fru. Et ibi dicit Ant. quod idem est dicere nullatenus fiat, vel omnino, & fata verba, quam dicere si fecerit acutum fuerit decernimus irritum & inane, & facias not. Domi. in c. Romania s. sententias de app. lib. vi. ex dicto Joan. And. Ex quo sequitur quod resignatio aliter facta, vel saltē expedito non valet per prauitatem. Et ex hoc sequitur quod etiam in Camera non debet talis expedito fieri, sed quin gula loquitur de consensu habendo in Cancellaria, dubito an Camera admittatur credo quod sic.

**H** Item in quantum Regule ista loquitur de presenti in Curia, debet hic capi Cancellaria tantum Civitatis, vel ad plus pro presenti in suburbis, & non debet in Cancellaria pro duabus diebus arg. & praesenti, loca de prebend. lib. vi. per locum atrauit. & Cancellaria non sotebat admittere procuratorem ad renunciandum post annum, & fundatur eius equitas in c. super hoc, de Renunciatur. & cap. quia non est versimile usum. & Camera ramen sic.

Item in quantum in fine dicitur de consensu imponentis pensionem non debet intelligi si presens est per se: sufficit enim per procuratorem, ut superius dicitur, non die oratio superioris dicta, est perfecta, & ista etiam de per se: ideo ibi scriptum hic res non debet nec hic ibi, facit quod dicit Bart. in l. talis scriptura ff. de leg. 1. id est, quod in imperatione pensionis satis est, quod etiam presens in Curia consentiat per procuratorem specialiter, ad hoc facit Regula, quod quis potest per alium de regulis lib. vi. & non scio si Cancellaria hoc admitteret propter pertinaciam Abbotrum, sed de Camera certus sum. Et ista regula est de dandis ex quo habet decrementum, ut superius dixi, & in Regula supra proxima.

### COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

**I**sta Regula Hæc Regula fuit edita ad tollendas fraudes, quæ possentem, ut notat noster Alphonius: quia posset quis nomine alterius porrigit supplicationem resignationis & alium privare beneficiiis. Sarn. de prohl. ref. 3. q. 4. & 4. Nam consensus per supplicationem sufficiebat de jure communis. Cap. decif. 1. de Reg. Mohed. decif. 5. Igitur ad tollendas fraudes, cautum est requiri consensum praestitum per se, vel per procuratorem specialiter ad hoc fiduciam constitutum. Sarn. d. q. 7. Boer. decif. 345. num. 5. Illeque consensus extendi debet pro expeditionibus litterarum per Notarios Cameræ, vel Cancellaria in libri solitis, Flan. Paris. de resig. ben. lib. 8. q. 8. num. 126. & seq. & quidem intri tres menses in materiis Franciæ, & in aliis infra 15. dies, à die præstationis illarum consensuum, sive à die missæ supplicationis per datarium ad Registrum vel summistam, computandos, ex constit. Clement. VII. 19. incip. Sandif. in Christo Pater, & D. N. quæ tamen constitutio non est in usu, ut infra ostendam.

Criterium.

Ceterum, consensus perficiens resignationem, nedum vivo resignante præstatis potest, sed etiam post mortem illius, dummodo supplicatio fuerit per procuratorem vivo resignante porrecta, & signata, & datata, super quo est extrava-gans Alex. vi. & Leonis x. apud Flam. Parif. lib. 9. q. 24. nu. 14. & 15. & est communis conclusio, quam amplia procedere, etiam si probaretur constituentem ante ejus mortem mutasse voluntatem: nam si illa voluntas revocata, non fuit intimata, iuxta clem. i. de Renunci. potest procurator eo mortuo præfarc consensum formalem in Cameræ, vel Cancelleria, Flam. Parif. lib. 9. q. 25. nu. 12. & d. q. 24. nu. 24. ubi etiam nu. 26. dicit, & rectè, non obstat d. dec. Cassad. nu. 2. quia illa intelligenda est de revocatione valida cum intimatione facta, vel resignatio, vel ipso procuratori, vel Notariis Cameræ, vel Cancelleriae Flam. Parif. lib. 9. q. 26. & 27. Limita dictam conclusionem, ut non procedat, quoties principialis porrexit supplicationem, & postea constituit procuratorem ad cōlendum resignationi: Nam si moritur principalis iste procurator post e- jus mortem, non potest præstare consensum, quia respectu ipsius procuratoris reson est integra, cum nihil fecerit, & per consequens expirat mandatum.

Adverte interim, quod à de præstiti consensu designat resignans fructus facere, & incipiunt deberi resignatariori, quia per consensum abdicatur omne ius, dominium, & possessio beneficij à resignante, González ad Reg. VIII. Cancel. pl. 15. §. 2. nu. 41. & seqq. Flam. Parif. de Resig. lib. 1. q. 6. num. 38. licet Garcias nat. de ben. p. 2. c. 1. num. 126. velit fructus beneficij resignati cedere resignatio statim à die data; sicut opinionem Gomesij ad Reg. de publicandis qua- b. 7. num. 2. & aliorum, idque etiam si resignans non habuerit notitiam admis- sonis resignationis.

Ethac quidem vera sunt in simplicibus beneficiis, & curatis; nam in Canonicis, & præbendis Hispaniæ, & totius ferè Europæ qui aliquando valent mille aureos, ut sunt Canonici Toletoni, & Hispalenses in Hispania, fructus non exprimantur, nisi ad XXIIII. duc. exceptis tamen canonicatis, & præbendis S. Petri, & S. Joannis Laternensis de Urbe, qui solent ex- prim. ad 50. I aliud dicendum est: quia tamdiu resignans luerabitur fructus, tamdiu hæc tñ possit possessioni, & resignatarius non intimat suo resignanti tercas suas: & ratio rationis est, quia fructus isti consistunt in distributioni- bus quotidianis qui non debentur, nisi residentibus, & divinis interessentibus, illoque aximum est resignantem eos lucrari, qui adhuc residet in canonicatu, quia opinio non displicet Nicol. Garcia tract. de ben. p. 2. c. 1. num. 169.

Verum aliam ego pono distinctionem, nimirum inter resignationem simplicem & conditionalem qualis est quae fit ex causa permutationis, vide licet quod sim- pliciter resignans statim abdicat jus à se, & remanet absq; tit. in resignatione uno conditioinali, non abdicat, jus nisi adimpleti conditionibus, Moh. dec. 2. de

ff. 3

Renunci.

Renunciat. Flam. Paris. lib. 1, q. 3. num. 8. 47. & 49. ubi scribit non abdicari iuri resignante, nisi beneficium resignatum acquiratur resignatario in cuius iure. 16 rem fuit facta cessione: namque semper videtur facta cum conditione, dummodo beneficium queratur resignatario Mohed. decis. 58. 83. & 341. Collecd. in c. 1. n. 16. 22. 23. de Rer. perm. Anaf. Germon. tract. de Indulg. Card. S. nec non quaramcunquem 23. quod verum est quando permutans seu cedens post cessionem incumbit. huic possessioni corporaliter illus. Card. Seraphinus decis. 773. num. 1. & 12. quo casu resignans, cedens, aut compermuntans poterit fructus per cipere & beneficiia spectantia ad collationem illius beneficii conferre; quaudiu enim sustinetur in officio, administrare potest & conferre Rebuff. in tr. Nominat. q. 14. n. 157. Flam. Paris. lib. 1, q. 7. Hinc sit, ut in resignatione conditionali, possessio denunc transfeat a resignante in resignatarium seu compermuntantem, in quanto effectum sortita est resignatio seu permutatio; si enim non sequatur, videtur resolutio possesso ipso jure in ipsum resignantem, ex causa permutationis. Ita in termino Rota. Rota decis. 67. Nota quod resignans, in antiquo, quod multo magis procedit quando facto compermuntantis alter adipisci non potest possessionem beneficij permutati; adeo ut is possit reverti ad beneficium a se dimissum, etiam propria auctoritate, ut multi volunt quos refert D. Warnefius cons. 341. n. 8. 19. lib. de Rer. perm. vol. 2. maximè si beneficii resignati vel permutati non fuerint capta possessio; quippe tum resignatio haec conditionalis non est sortita effectu, nec vacationis modus sublatus, quod secus est ubi resignatario resignatio beneficij accepit possessionem, namque absq; nova collatione, resignans non potest redire propria auctoritate ad suum beneficium, Rebuff. ad reg. de publica resig. n. 31. Sed & hanc nostram distinctionem probavit & confirmavit Clas. Iesu Joan. And. Opicinus, multæ & variæ vir eruditio, & in alma Urbe Advocatus celebrissimus, hac potissimum ratione, quod nondum completa & perfecta resignatione per dimissionem possessionis, ius & possesso illa primævæ nendum eradicata, adhuc remanent in resignante ad quemcumque effectum possessionis etiam redintegranda: quia donec possesso & titulus sit vere resignatario quæsusitus, non censetur a resignante ablatus & ante acquisitionem resignatario in resignationibus in favorem certæ personæ (qualis est ea quæ sit ex causa permutationis) adhuc resignans dicitur possidere, & titulum coloratum habere præsertim contra tertium; cum multa intervenire possint quo minus beneficiu queratur resignatario Achil. de Grassis decis. 10. num. 4. de restit. spol. Pat. decis. 18. num. 4. lib. 3. Id est que possesso semper manere dicitur penes resignantem qui non videtur deposituisse animum possidendi, donec cum effectu acquiratur resignatario, maximè si semper, etiam post, de facto inebuit possessioni, utrè solvit Rota apud Card. Seraphinum dec. 773. num. 12. & 14.

Præambulis hisce questionibus ita expeditis, redco ad nostram Regulam

qua notes, post Innocentium VIII. alios postea Pontifices ad nostra usque tempora post verba, ut est moris, clausulam hanc addidisse: *Et si ipsum resignantem,* 21  
*secedentem plures super uno, & eodem beneficio in favorem diversarum personarum successire consentire comigerit, voluit Sanct. sua, quod primus consensu tenere debeat, & aly posteriores consensus, ac litteræ ilorum protextu, etiam sub priori data, expedite, pro tempore, nullius sint roboris vel momenti. Quia qui-  
dem clausula eo adjecta fuit, quod omnis dubitanus ansa tolleretur super prælatione diversorum resignatariorum, quibus ab uno, eodemque, prævio illius consensu, beneficium resignatum erat, dubitatatur enim uter præferri debebet, an is cui prædictus erat consensus postremo, an verò ille, qui licet in data eti posterior, tamen prius habuit consensum? in quo diversi diversa sentie-  
bant teste Crescentio decis. 1. de concess. præbend. Sed tandem placuisse Pontificibus, qui Innocentium scenti sunt, anteriorem in consensu, licet in data posteriore præferendum, ut habeat jam dicta clausula. Cujus ratio est, quod cum resignanti licet penitentie antequam præstetur consensus in Cancellaria, vel Camera, Flam. de resignat. lib. 1. q. 12. & lib. 9. q. 25. num. 4. Mohedanus decis. 22  
*de simonia;* potuit idem resignans secundo loco resignare, quod cum fece-  
ta, & consensum super secunda primo præstiterit, statim secunda resignatio ei perfecta, & resignatarius secundus acquirit jus, ideoque posterior con-  
sensus, ac litteræ illius prætextu, etiam sub priori data expeditæ, nullius e-  
tunt roboris vel momenti, ut hic statuitur. Secundò, quod cum ex primo  
consensu sit abdicatum omnem jus à resignante, juxta communes conclusiones  
sequitur quod alii consensus nullius sint roboris, & momenti, tanquam dati  
ab eo, qui nullum jus habebat: nemo enim potest dare, quod non habet,  
Flam. Paris. de resig. ben. lib. 8. qu. 8. num. 110. Porro, quod dixi resignantem posse 24  
penitentie, & revocare resignationem ante præstitum per ipsum, vel ejus pro-  
curatorem consensum in Cancellaria, vel Camera, amplia hoc procedere e-  
dum supplicatio fuerit signata & data, etiam post parvam datam & præstita-  
parvum consensum intimando in Camera, vel Cancellaria dictam revocatio-  
nem Flam. Paris. d. g. 12. num. 40. & segq. Nam quamvis ex parvæ data anno- 25  
tatione post correctionem supplicationis videatur datum consensus dans ro-  
bore & valorem gratiæ [adèò ut post mortem resignantis possit præstari con-  
sensus formalis in Camera vel Cancellaria Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 1. q. 12.  
num. 33.] Nihilominus vera est sententia posse resignantem etiam post parvam  
datam penitentie: quia parva data describitur à Notariis, & ut plurimum rema-  
net penes Impetrantes seu illorum procuratores, quibus licet eas lacerare,  
& pro arbitrio retinere, & supplicatio datatur per Datarium, & tametsi non  
Datarius & Notarius, sed Pontifex beneficia concedit. Unde res adhuc dicitur  
*inter post parvam datam, seu parvum consensum, & per consequens licita-*  
*cit**

erit penitentia Flam. Paris. d. q. 12. num. 37. & 42. quod ampliatur procedere etiamsi in superscriptione supplicationis dicatur resignantem dedisse consensum: nam donec & quoque non est datus formalis consensus, qui est ex expressè datur in Camera vel cancellaria, & extenditur à Notario, licetum de stylo curiae recedere, Caput aquen. decis. 217. part. 1. num. 8. Flam. Paris. lib. 9. q. 8. num. 40. & 43. & idem dicendum in permutationibus beneficiorum, natius ostendit in tract. de perm. benef.

Ex quo infertur 1. quod talis resignans vel permutans potest penitente, & retinere beneficium si vult, aut resignare in favorem alterius portigendo aliam supplicationem, & super ea consensum praestando in Cancellariâ Camera, & iste obtinebit beneficium Mohed. decis. 189. de Renunciat. Flam. Paris. d. q. 12. num. 50. Secundò infertur quod si resignans moriatur post signata supplicationem ante praestitum consensum in Camera vel Cancellaria beneficium vacat per obitum & non per resignationem Pat. decis. 92. num. 6. lib. 2. Flam. Paris. d. q. 12. num. 54. Tertiò, ut etiam post solutam compositionem possit resignans penitente, ante tamen praestitum consensum in Camera vel Cancellaria, Mohed. d. decis. 189. Quartò infertur quod si quis constituit procuratorem ad resignandum & iste porrexit supplicationem quae fuit signata & postea praestitit parvum consensum, poterit nihilominus Dominus revocare procuratorem intimando in camera vel Cancellaria dictam revocationem & licet nihil de revocatione consensus exprimat, id tamen sufficit, etiam revocatione consensus esset nulliter facta, dummodo constet de mente revocantis Flam. Paris. d. q. 12. num. 47. ubi scribit communem.

Hæc enim est præctica inquit Mohed. decis. 5. de Renunciat. ut signata supplicatione, de qua requiritur consensus in Cancellaria seu Camera si subelt aliquis defectus propter quem actus ipso jure est nullius, tunc sit reformatio ad primam supplicationem, vel nova provisio tollens defectum, & pro expeditione consensus primus sufficit. Nec obstat Regula de Extēndenda consensibus: quia loquitur de consensu qui praestatur in Camera seu Cancellaria pro expeditione litterarum non de consensu perficiente resignationem: & cum consensio pro expeditione sit praestitus iterum non est praestandus: quia esset quid non necessarium & superfluum Mohed. d. decis.

Sed dubitatur, an si Dominus certiore reddiderit procuratorem per litteras, ut existat, donec & quoque alias a se recipiat, possit nihilominus dictus procurator interim resignare, & praestare consensum? non posse respondit Flam. Paris. d. lib. 9. q. 28. lunt enim hujusmodi litteræ loco intimationis revocationis mandati per not. Iaf. in 1. centesima §. si ita stipularum numero. 14. ff. in verb. oblig. quod ampliatur etiamsi illæ litteræ pervenerint ad manus procuratoris post supplicationem signata, & datata, nam per receptionem litterarum

PRIVILEGI  
REGULARI  
ET  
CONTINENTIALE  
IN REGLA  
CANCELLARI  
APOSTOLICO  
BYZANTINI  
GHI  
8

litterarum, non potest ulterius procedere, nec ad praestandum consensum de-

venire Flam. d. quest. 28.

*Ab hoc specialiter constitutum*) Est enim resignatio sine cessio donatio, quae 31  
requirit speciale mandatum t. filius familias ff. de donat. Card. in Clem. 1. in opp. de  
renunciatur. Flam. Paris. de Resignat. benef. lib. quest. 6. in fin. si tamen vigore resigna-  
tionis vel cessionis data esset compensatio aequivalens, tum videretur pos-  
se expediri resignationem vigore mandati generalis. Crescentius decis. 11. de  
Pucyrat.

Tale beneficium) Appellatione beneficii hie veniet dignitates & personatus  
Cardinalis Tusibus Pract. conclus. iuri rom. 6. conclus. 99. in fin. non tamen Episco-  
pus. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 8. quest. 5. num. 6. 49. & seqq. Erratio est. 32  
quia cessat fraus hujus Constitutionis; Nam renunciations Episcopatum  
hant in Consistorio presentibus Cardinalibus, ut ibidem dicit Flaminius, &  
subdit alias rationes, quas vide.

Consenserit.) Consensum etiam induci per solam supplicationis porrectio- 33  
nem per Dominum vel procuratorem non obstante etiam clausula de exten-  
dendo infraquindecim dies, scribit Mohedanus decis. 4. de Renunciatur. & Cas-  
sad. decis. 4. de Renunciatur, quod intellige quoad valorem gratiae, non autem ut  
satisfaciat huic Regule, quae vult litteras non esse expedientes, nisi resignans  
per se vel procuratorem expeditioni hujusmodi in Cancellaria consentefit; 34  
mentitur autem data supplicationis, qua data ponitur in literis in quarum  
ergo apponitus consensus de stylo Cancellarie. Ideo in bullis ponit vi-  
temus, Hodie in manibus nostris resignavit &c. Flaminius Paris. de Resignatio-  
ne benef. lib. 8. quest. 8. num. 28. & IIII. Et sic consensus retrotrahitur ad tem-  
pus dæx, etiam si præstitus multo tempore post, Flam. Paris. d. quest. 8. Hinc  
intervit quod si quis porrexit supplicationem, quæ fuit signata, & postea fe-  
cundatam resignationem, si deinde consentit primæ supplicationi signata,  
consensus retrotrahitur ad diem dæx ipsius provisionis, per consequens te-  
neat prima resignatio Cascad. d. decis. 1. de renunciatur. Flam. Paris. d. q. 8. num. 117.  
Signanter attenta supralcripta Regule clausula, Et si ipsum resignantem seu ceden-  
templaries &c.

*Nec litteras*) Quibus alioqui non expeditis non prodest resignatio: cum 35  
non possit capi possessio, & multo minus fructus sine litteris, ut est cautum  
inconcl. 83. Julij 111. quæ hodie ad ungym observatur, teste Flam. Paris. d.  
q. 8. num. 1. Inno capiens possessionem ex sola supplicatione signata, dicitur  
infractus, omneque jus, quod in beneficio habet, amittit, & de cætero ad illud  
obvendum inhabilis redditur. Mandos. ad Reg. de non iudicand. iux. form. sup. 36  
q. 3. num. 4. plura hac de re vide Nicolaum Garciam tract. de benef. part. 4. cap.  
1. numer. 47. & seqq. Flam. d. q. 8

**F** Et nota differentiam inter renunciationem & cessionem ) Flamin. Paris. lib. 1. q. signat. ben. q. 1. num. 70. nullam constituit differentiam inter renunciationem & resignationem ; licet lib. 2. q. 24. verf. & bac conclus. scribat de lo Cancellarie cessionem dici, cum quis resignat jus quod habet ex supplicatione signata, & registrata, & admittitur, ejusmodi cesso etiam in favore Seraph. dec. 182. Mandos. in praxi sign. grat. tit. resignationes col. 3. vers. beneficenti; ubi dicit resignationem seu cessionem admitti his verbis, scilicet p[ro]fessione habita vel non habita, ac forsitan litteris non expeditu[rum] resignare proponat p[ro]positum signat, & cedit. Flamin. Paris. d. loco, ubi num. 2. subiectis, quod hodie soletur rari quod litterae non sint expeditae, & non de facili, inquit, admitteretur, jussimod[us] resignatio ad favorem, nisi cum magna intercessione : ego tamen, di concedi.

**C** Annulat aliam ipso iure ) Et sic requiritur quod praesens in Curia perfunditer praestet consensum, id est que non poterit constitutere procuratorem, in c. ult. de iuram. calum. Flamin. Paris. lib. 8. de resignat. ben. qu. 8. num. 22. cunctis in magna dignitate, etiam Cardinalatus. Unde videmus Curia finales quibus resignant, quod praestant consensum per scedula[m], quam mittunt Notarii, vel ipsi Notarii accedunt ad eorum palatia ad recipiendum consensum, unquam Navarrus in e. accepta oppos. 7. num. 27. de resps. spol. quod limita non procedere in Camera: Nam quando praestatur ibi consensus Notarii Camera mittrunt procuratores etiam praesentium Flamin. Paris. lib. 9. de resps. quaf. 12. lib. 8. qu. 2. num. 23.

Caterum, adverte quod licet, ad effectum perficiendae resignationis regatur consensus resignantis vel cedentis; sunt tamen aliqua beneficia quibus orum adhuc requirunt consensum pro validitate resignationis, ut sanctitas, etia Jurispatronatus, in quibus requiritur ultra consensum resignantibus missionem Papae etiam patroni, sive laici, sive clerici, DD. m. c. ult. de resps. Rochus de Carte in tract. de iure patr. verbo honoris. un. col. 3. Covar. prax. q. 1. lib. 9. quomodo autem praestetur ejusmodi consensus, notat Flamin. Paul. de resps. ben. lib. 8. qu. 10. num. 4. & s. ubi lebit quod hujusmodi consensus potest praestari ante provisionem, in provisione, & post provisionem. Secundum beneficia electiva, in quibus debent consentir, si qui quis diligendi habent, Zabarella in cle. unicam num. 18. de renunciat. Flamin. Paris. d. q. 10. num. 11. Tertio beneficia quibus sunt ad denominationem alieujos Cardinalis, nam in his consensus ipsius requiri scribit idem Flamin. d. q. num. 14. Sed in aliis beneficiis quibus non sunt ad denominationem Cardinalium, an requiratur eorum consensus sub per eorum familiares resignentur? idem Paris. d. qu. 10. num. 28. scribit non requiri, idque diversis Rotarum decisionibus, quas apud eum video.

**H** Credo quod sic ) Omnia; nam recepta praxis & stylus Cutiz Rom. 44. quod

PRIVILEGI  
REGULARUM  
ET  
CONTINENTIA  
IN REGULA  
CANCELLARI  
APOSTOLICAE  
ECCLESIE IMP  
C. III  
8

quod soleat præstari consensus in Camera vel in Cancellaria, Mohedan, decif. 5.  
n. 4. de remissiæ. Put. decif. III. lib. 3. Flam. Parif. de resig. ben. lib. 8. q. 8. & si alibi  
quis consentiat, nulliter consentit, quia paria sunt non præstare consensum,  
& præstare absq; solemnitate requisita. Put. decif. 360. nu. 6. lib. 2. Ideoq; novo  
consensu in tali eventu opus erit. Parif. de resig. ben. d. lib. 8. q. 8. nu. 11. sed hoc  
intelligunt, dummodo præstetur consensus intra tempus definitum per Con- 42  
stitutionem Clement. VI. ut supra, sed male quia jam dicta constitutio exole-  
rit, ut relolvit Rota, in una Conchœn. beneficij 14. Noremb. 1611. coram R. P. D. Da-  
maseno, extat apud Farinacum decif. 356. part. I. in Novissima, quæ quia elegis-  
t, & creberrimo usu venire potest hic inferendam censui, & talis est:

Dubitandi, an Constitutiones felicis recordationis Clementis VII. & alio-  
rum Antecessorum de extendendis consensibus in libris Camere infra 15. dies  
à die missæ obstante Gregorio, qui illas non observavit, & quia Gregorius  
pro sui detentione faciebat totum fundamentum in non usu prædictarum con-  
sensuum, difficultas fuit restricta ad duo. Primum an probaretur dictus no-  
alus, Secundum an probatus relevaret.

Quo ad primum, fuit dictum, constare de non usu ex plurimis consensibus  
spacio leptuaginta annorum præstis post quindecim dies à die missæ, quo-  
rum copia fuit data pro parte Gregorij, nec non etiam ex testibus curialibus,  
& practicis pro ejus parte examinatis, & ex fide lepitem Notariorum Camere,  
hoc idem attestantium, & ulterius ex decif. Ordinarii in causa Batchinoen.  
Canonicatus 10. Octobris 1594. 24. Maij 1568. hoc idem per testes usq; tunc  
examinitos affirmantibus.

Quibus non obstat visum fuit, quod multi consensus fuerint etiam præ-  
stati intra quindecim dies, unde inferatur istum usum tanquam diffinem non  
uffragari ex allegatis, quia fuit responsum, constitutiones habere duas partes;  
nam, quod consensus debent extendi infra quindecim dies, alteram quod  
illis non extensis resignatio sit nulla, & beneficium moriente resignante vacet  
et obitum. Prima pars admittitur varie observata, secunda vero ne quaquam  
common probetur, quod non aliquando ob non extensem consensum intra 15  
dies fuerit annullata resignatio, ita in proposito responderet. Dec. consil. num. 12.  
nu. 1. & considerandum est.

Ulterius fuit dictum, quando diversitas reperitur in actibus, qui se com-  
parant cum consuetudine, talis diversitas non impedit consuetudinem,  
ne desuetudinem, quia qui potest extendere post quindecim di. s. multo ma-  
giatura quindecim dies, unde extensio facta iatra quindecim dies, non attri-  
butur observantia Constitutionis, sed facultati facientis, ita Dec. post Bart. di-  
cions. num. 12. vers. tertio & ultimo. Farin. de invent. part. 3. nu. 93. faciunt tradi-  
tio Alexander. cons. 108. num. 15. vol. 2. Anchæ. consil. 339. num. 7. in sua. vers. ad  
Ggg 2 secundam

secundam, Cravet, conf. 197. num. 12. vers. optime facit Roland, conf. 13. num. 3. n. 1.  
 2. Rota in causa parmen. status 14. Martij 1580. coram robusterio relata  
 diver. impress. decif. 294. num. 6. pars. 2.  
 22 Non etiam obstatre visum fuit, quod in pluribus decisionibus fuit habita  
 ratio istarum Constitutionum, neimpe apud Verall. in manuscript. 225. lib. V.  
 ronen. Sancti Zenonis coram Aldobrandino, qui postea fuit Clemens VIII  
 VII, de qua inter diversi, impressi decif. 215. part. 1. & in alia Veronen, penit  
 nis 27. Junij 1590, coram Illustriss. Plato, quia in predictis decisionibus ini  
 mè fuit actum de non usu prædictarum Constitutionum. Nam deciso Ver  
 firmat tantum Constitutionem Clem. esse extravagantem, non autem simili  
 cem regulam Cancellariae, decif. Clem papæ VIII, dictam Constitutionem  
 presupponendo disputat, de intellectu, & ante disputationem super usu con  
 tra fuit concordata, ut fuit repertum in illius annotationibus; deciso cor  
 Illustr. Plato fui facta una parte Informante, & sic nemire opponente de non  
 usu, propterea quando fuit formaliter actum de usu, & examinati testes, Rota  
 censuit pro non usu, & in dicta Barchinonae. Oradini.  
 22 Similiter fuit dictum non obstatre, quod Constitutiones adhuc obser  
 tur quo ad multa, nempe in descriptionem consensuum in libris Camerae,  
 notatione Missa super supplicatione, & similibus, quia fuit responsum non  
 esse novum, quod Constitutio servetur quo ad aliqua, & quo ad alia absentia  
 defuetudinem. Ruin. conf. 55. in fin. lib. 5. Corn. conf. 20. num. 2. vers. n. 1.  
 obstat. lib. 3. Gabr. conf. 78. num. 9. lib. 2. Aragon. decif. prima.  
 22 Circa secundum, Domini habebant pro indubitate, quod non usus, sive  
 contrarius usus popularum sine consensu papæ nihil potest operari contan  
 ditatem constitutionum Apostolicarum, ex latè decouitis in Romana cor  
 cordia S. Petri die 13. Novembris 1609. 11. Januarii & 12. Februarii 1610. ca  
 ram R. P. D. Cavalero.  
 22 Difficultas erat in hoc casu, quod iste non usus, sive contrarius usus fuit ob  
 servatus in ipsamet cancellaria Apostolica, quæ dicitur organum Papa. Casal  
 decif. 2. num. 7. super reg. de union. Casal de Graff. dec. 1. num. 8. de probat. unde infec  
 tatur non solum ad scientiam ipsius papæ, quæ regulariter inferunt ex scien  
 tia ejus Officialium Bar. in l. si publicanus §. in omnibus in l. ff. de public. & refug. Cr  
 avet, de antiqu. p. 4. §. absolutus num. 23. Boer. dec. 254. num. 19. Alb. conf. 64. num. 51. cum  
 alijs per Surd. conf. 429. n. 54. verum etiam ad consensum, qui colliguntur ex  
 eo, quod quicquid gescit cancellaria videtur gestum ab ipsomet Papa, cuius ip  
 sa est organum, ex alleg. supra, & sic ipsamet Papa videtur fuisse, qui legem ab  
 rogavit, non subdit, dicitur enim factum papæ etiamsi ipse gescerit cum alio,  
 Feder. conf. 117. num. 2. Vit. alin. in clem. n. 25. de probat. Gabr. conclus. 2. num. 12. ed.  
 tit. Rota in causa Salamantina jurisdictionis 17. Maij 1577. coram bon. mem.  
 Cardinali

Cardinali seraphino relata inter diversi impressi decisi. 171. nu. 2. part. 1. & in causa Oxom. beneficij 24. Octobris proximi coram me: Quam etiam ex altero, nempe quia iste non est usus, sive contrarius usus fuit in Romana Curia, infra parietes Sici Palatii. Unde summi Pontifices ob nullam aliam causam videntur tacuisse, quam quia contenti fuerint, predictas constitutiones in de- studinem abire. Et per predictam rationem, quod non usus, sive contra- dius usus fuerit observatus in Cancellaria Apostolica, quae est organum Papæ, & dicta constitutiones fuerint abrogatae, conclusit Rota in decisi. Ora- dinis supra allegatis.

Ceterum, quatenus predicta possent pati difficultatem circa abrogationem dictarum Constitutionum, considerabant Domini, quod Gregorius non intendit sustinere, quod dictæ constitutiones amplius non legent, immo offert le paratum illas in futurum semper observare, sed dicit se excusandum à pœna dictarum constitutionum, propter justam causam quam ex predictis ha- bunt, credendi, quod non esset amplius in usu, siquidem communis error ex- cusat pœna. Bartol. in l. quis sit. §. apud Labeonem ff. de edil. adie. cum cumulat per fidand. conf. 96. num. 6. cum pluribus sequent. lib. 2. Surd. conf. 327. num. 51.

Et pœna videtur esse, quod quis per non extencionem consensu in certo tempore amittat jus sibi delatum ex gratia Apostolica, quem consensum resig- nantis, indubitate est, tunc temporis adfuisse, pœna enim est amittere jus quæsumus glo. in c. puer. nullatenus 36. q. 2. & in c. fi. verb. ex vi. & ibi Abb. na- 7. in f. de iur. patron. Rom. conf. 226. in princ. Paris. conf. 5. num. 193. vol. 4. Surd. conf. 7. num. 13. & 232. num. 9. ad si.

Et jus dicitur quæsumus per solam signaturam papæ. Put. decisi. 94. nu. 2. part. 2. Cap. aq. dec. 301. par. 3. fuit dictum in causa Barchinonæ. Prioratus 9. Maij 1547. coram Mohedano relata inter diversi. impressi. decisi. 7. lib. 1. part. 3. in Toden. beneficij 9. Maij 1578. coram Illustris. Blancetto. quæ est. 418. num. 3. par. 1. diversi. & in Cufentina pensionis 13. Jan. 1599. coram bon. mem. Litta; in Pampilonen. parochialis 21. Aprilis 1610. coram D. Attribebat.

Etenim litterarum expeditio, & extensio consensu, non sit ad substantiam votis, sed ad probationem. Gemin. conf. 106. num. 6. vers. in contrarium Rot. dec. 10. num. 3. de rescript. in antiqu. Mohed. decisi. 9. ut lit. pend. Veral. dec. 267. par. 1.

Ex quibus appet inanes esse constitutiones, quas Flam. Paris. multis ver- bis discussis in explicatione d. Clementinæ.

Post annum 1. Hodie tamen valet consensus praestitus à procuratore, etiam 44. post quatuor annos à morte Resignantis, quod fallit si ultra lapsum temporis appareat mutata illius voluntas. Mohed. dec. 31. de Renunciat. sitque revocatio iniuncta procuratori vel resignatorio, vel si procurator vivo resignante supplica- tionem non porrexit. Cassad. decisi. 1. de Renunciat. Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 9. que 3.

que 3.

qua<sup>et</sup>. 24. n<sup>o</sup>. 9. Quid autem si mandatum fuerit conditionale, videlicet teletatis sibi fructibus & regressu? an adhuc post mortem resignantis possit procurator consensum praestare? vide Crescentium decis. 9. de Renunciat.

**K** De consensu imponentis pensionem) Sufficit quod ejusmodi consensus praestate per Resignantem & Registarum ex intervalllo, non enim requiritur utrum & eodem tempore interveniat Flam. Paris. d. g. 8. n<sup>o</sup>. 87.

Interim adverte primum, quod de stylo Cancellariae non recipiuntur consensus conditionales in reservationibus pensionum, sed tantum liberitatis Card. Seraphinius dec. 1455. num. 6. & expressi, ideo in bullis solet ponit, quod ad vixeris, vel procuratori tuo ad hoc speciale mandatum à te habenti per cuius ad hoc accedit assensus & successores suos Canonicatum praet. cum tempore quomodolibet obtinentes annis singulis pro una videlicet in B. I. Baptitæ, & altera medietatibus ejusdem pensionis in Dñi nostri J. u. Ch. Nativitatum festivitatibus in Civitate N. vigore præsentium, nec alias, abquin præsens reservatio nulla sit c. ipso, integrè persolvenda, autoritate runderem tenore præsentium reservamus, constitutimus, & assignamus &c.

Insuper adverte, quod solet huic Regula derogari primum, quod es colectur beneficium absenti cum reservatione pensionis Flam. Paris. d. g. 8. n<sup>o</sup>. 11. citatq. Card. Paris. conf. 5. num. 56. vol. 4. Gigas. de Pens. q. 1 o. 7. & 11. Nam ipsum posse reservare pensionem absque consensu beneficiarii communi receptum, & pluries fuit resolutum in Rota, quod vidi nuper in una Causa catus N. quem Paulus V. gravamit pensione 50. ducatorum in favorem propositi dictæ Ecclesiæ, derogando in eo nominatim huic Regulae, & Concordatis, & Indulto Episcopi dc data anni 1510. Kalendis Septemb. Secundo, quies resignatur, ut nostri loquuntur in favorem minoris absenti, nam non derogatur, & Papa contentatur non esse necessarium minoris consendum, & per consequens resignatio non potest annullari ob non praestitum consensu, ut fuit resolutum in una Acheron, coram Ordinario 4. May 1554. Sed nota de stylaria quod in resignationibus cum pensionis reservatione, si fructus non raddant medietatem, apponi solet clausula: quorum medietatem pensione non extendit, si excedant medietatem, ponitur clausula post verba: super dictu N. fructibus, ad valorem annuum c. duc. ascenden. In resignatione vero parochialium cum pensione debet exprimi tempus per quod resignans obtinuit, ut videatur si mereatur pensionem, & si fructus non excedant ducatos ex non reservatur pensio, quia remanere debent c. ducati liberi pro Rectore; & ponitur clausula: Et dummodo ex fructibus dictæ Ecclesiæ centum ducati liberi pro ilius Rectore pro tempore existente annuatim remaneant, qui centum ducati intelliguntur juxta valorem ducatorum in qualibet regione ex sententia Sarac.

ad Reg. de Valore qu. 9. licet clausula: *Dummodo remaneant centum ducati pro redditore*, foliat intelligi de Ducatis de Camera, ex quo fructus narrantur in dicta clausula: de Ducatis similibus. Verbum autem *duci* in dicta clausula importat, ut nullum sit gravamen & diminutio, Rota dec. 298. part. 1. diversor. vide Garciam in tract. de benefic. part. 1. c. 5. a num. 75. Interea adverte quod clausula ista: *dummodo remaneant* &c. debent justificari per pensionarium, etiam si agatur contra eum, qui consensit pensioni, cum per eam gratis fiat conditionalis. Farinacius dec. 417. num. 1. par. 1. quod fallit quando dicta clausula non est apposita reservationi pensionis, sed consecutive ad modificantur, & limitandum clausulam praecedentem, etiam si alia pensiones annua ultra prefatas aliis personis assignatae existant. Farinacius dicta dec. 417.

Denique & postremo adverte quod *consensus pensioni praestitus ab eo cuius de beneficio nulliter provisum erat*, non prejudicet ei, qui beneficium legitime obtinuit Idem Farinacius dec. 437. part. 1. num. 1. in noviss. ubi etiam fuit dictum *consensum praestitum ante obtinentem beneplacitum Apostolicum*, etiam cum iuramento praestitum non valere.

De dandis) Negat tamen Cassidorus decis. 1. de Renuntiat. num. 6. & Illustrissimus Cardinalis Seraphinus decis. 1465. num. 7. ubi scribit hanc Regulationem expeditiones literarum concernere etiaque Crescentium decisione 9. de procurat.

Tenor vero Constitutionis Pij V. 58. quæ prescribit formam Resignationis coram Ordinariis de qua supra & ad Reg. de Public. hic est:

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Quanta Ecclesia Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotiescunque magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, jam late perspiciant, & cum mero expendant Presules omnes & Pastores, quando haec pernicias exteriarum omnium maxima tam multas orbis ecclesias impie violarit. Quia vero hoc malum in ceteris frequens, cum maxime in beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod perinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internasuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum hujusmodi receptione paulo severius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignacionum dispositiones quæ fierint, in irritum revocaverimus, ac etiam decreverimus nullum per eas in illis, jus neque titulum, vel coloratum tam in petitio, quam in possessorio ipsis proris tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore.

Collatores vero alias in illorum dispositione etiam tanquam devolutionis jure

jure sese interponere non posse, sed de eis, ut verè vacantibus, sive per Romanos Pontifices sive alios collatorum corundem superiores, ut præveniret, liberè provideri. Nunc autem intendentis institutum hoc nostrum, sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino prosequi, ac si quantum in nobis est cavere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque trio, nullisque, vel certè levibus causis paßim, & temerè admittantur, probitionem, & alia prædicta ac cætera omnia nostris super his litteris contenta eatenus relaxamus, ut post hac Episcopi, & alij facultatem habentes cum duntaxat resignationes recipere & admittere possint, qui ausentio confituntur, aut valitudinarij, aut corpore impediti, vel virtuti, aut criminis obnonitatur, surisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesia, vel beneficio inservire, seu qui unum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quod ad aliud contigerit promoveri, religionem quoque ingressuri, vel matrimoniū, contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, denique cum quaque alii casibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentij, de dimittendis cathedralibus Ecclesijs, edita continentur.

Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audient in loco beneficii residere securi. Sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat illo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commodè sustentari. Adhac nefiiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ canonice sanciūnibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caveant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes Electores, præsentatores, & patrontini Ecclesiastici, quam laici quicunq; sint, neverbo quidem, aut nutu, vel signoleti, turi in hujusmodi beneficijs, & officijs successores ab ipsis resignatiibus, aut lijs eorum significatione, vel hortatu designantur, aut de his asiluendis processione missio inter eos, vel etiam intentio qualificung; intercedat. Cæterum premissus, atq; intercedimus, ne ipsi Episcopi, aut alii collatores de beneficijs, & ceteris ressignandis prædictis, aut suis, aut dimittentium consanguineis, affinitibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneis collationum audeant prævidere, quod si fecus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocunq; temerè attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contracecerint, ut in eo quo deliquerint puniantur, à benefiiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuiq; copetierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano pontifice ruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint, eos prædictis personis volumus subjacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, diligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicacionem

quo ad personas, quo verò ad capitula, & conventus à divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus aliud quam ipse Romanus Pontifex sive dissolutionis, sive relaxationis gratiam, excepto mortis articulo, valeat impetrare prohibitione, & literis nostris prædictis nihil dominus in ceteris omnibus, & perpetuo valitur. Non obstantibus quibuscumque prisi legijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quibuscumq; Episcopis, & alijs superioribus, ac inferioribus ecclesiasticis prælatis, nec non ecclesiis, monasteriis, & capitulis, conventibus, collegiis, & universitatibus, eorumq; & alijs personis etiam Regia Imperiali majestate prædictis, sub quacunque verborum forma, & conceptione concessis, per quæ effectus prælimenti impediri posset quomodo cumq; vel differri, etiam si de eis ipsorum que totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, nec non ecclesiis, monasteriis, locis, ordinibus, & dignitatibus, de quibus nec non causis propter quas illa concessa sunt, specialem & expressam præsentibus fieri oportentem. Ceterum jubemus easdem præsentes ad valvas basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi. Volumusque eas sic publicatas omnes & singulos perinde affere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimataæ, exemplis quoq; prædictis etiam impressis, manuque Notarii publici, & sigillo prælati ecclesiastici, vel ejus curiæ obsignatis, candem prorsus fidem adhiberi, quæ ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostenta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iustitionis, & voluntatis infringere, vel ei auctoritariori contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus le noverit incurvantur.

Datum Romæ apud S. petrum, Anno Incarnationis Dominice 1568. Cal. Aprilis Pontificatus nostri Anno tertio.

Ex qua constitutione Pij videt Lector eas admitti resignationes eorum Ordinariis, quæ sunt ex causa senijs, vel infirmitatibus, aut si resignans sit corpore impeditus, ut potè ob lepram, scabiem herculeam, paralysem, apoplexiā, morbum coitiale, chiragram: vel vitiatus, qualis est cœcus utroque oculo, daudus, lorpes, gibbosus, aut alias notabiliter diminutus qualibet corporis parte, aut criminis obnoxius, veluti Simoniacus, Homicida, Adulter, concubinarius, insordescens in excommunicatione, perjurus, Blasphemus ante prætationis sententiam, vel censuris ecclesiasticis subjectus, aut qui nequit ecclesie inservire, quales sunt prioris capituli exempla; quibus adde clericum bannum, damnatum, mutum & qualemcumq; irregulariter, deniq; ob vitam scandalosam, & probrosam, imperitiā, sive illiteraturam, morbum caducum, exerabilitatem, seu beneficiorum incompatibilium pluralitatem, status mutationem,

Hhh

nem

nem, ut potè si clericus contrahat matrimonium, vel cucullam monasticam fieri, denique ob causas relatas in c. Nisi cum pridem de Renunciat. Ad extremum Ordinarij poterunt recipere renunciations beneficiorum obtentorum per eos, qui nequeunt, aut non audent in loco beneficii residere propter capitales inimicitias. Prohibetur tamen Ordinariis ne beneficia ad infirmos manus renunciata conferant suis vel dimittentibus consanguineis, affinis, vel familiaribus, ut nunc dicemus. Atque haec sunt causæ, quæ moverunt Flaminum V. ut Ordinariis facultatem daret recipiendi renunciations beneficiorum, cum illæ omnem fraudem excludant, ut latè & copiose tradidit, sigillatimque explicat Flam. Paril. lib. 5. de Resig. ben. q. 6. usque ad num. 173. quo in loco Qr. 11 dinarijs duo observanda præmonet.

Nimirum primum ut si renunciants in sacris ordinibus sit constitutus, videant an habeat aliunde ex quo commodè vivere possit, alias non admittant renunciations, ut patet ex verbis constitutionis p[ro]ij V. ibi sed nec horum aliquo ordinis mancipatus valeat allo modo beneficium (nisi religionem ingressur) r[ati]o officium Ecclesiasticum resignare, nisi ei aliunde sit quo in vita a commode posse sustentari, & ratio est ne in opprobrium & dedecus Ecclesiastici ordinis mendicare re-signans cogatur.

Secundum, ut Ordinarij admittentes resignations ex causis supra relatis, non conferant illa beneficia suis, aut resignantium consanguineis, & affinis, vel familiaribus, etiam per circuitum, ut habetur in dicta Constat. p[ro]ij V. ibi. Ceterum precipimus &c. & ratio est quia resignatio in favorem coram Ordinariis est illicita. Fusco de Visit. lib. 2. c. 28. num. 29. & Simoniacis, ut ostendit Permut. p. 2. c. 25. quia debet esse pura, Flaminus de Resig. lib. 8. cap. 19. quæ tamen Constat. non servatur in Hispania quodad prædictos, teste Garcia Ben. 11. c. 3. n. 270. Ceterum, circa ista duo notabilia sunt adhuc duo observanda.

Primum, quod in verbis d. Constat. habetur Ordinarium posse admittere resignationem religionem ingressuri, intelligendum esse, non de habitus suscepione, sed professione, ut scilicet paulo antequam profiteatur, seu jam ad ipsam professionem accingitur, liceat Novitio renunciare ad manus Ordinarij, Nicol. Garcia de ben. part. 11. c. 9. num. 24. reprobata Fusci & Flaminii opinione, quem vide, ut & num. 28. ubi scribit Novitium lucrari interim fructus, sive is profiteatur, sive exeat.

Alterum est aliorum indaginis; nimis um an valeat resignatio beneficii ad eius titulum est quis ordinatus, non facta mentione tituli in supplicatione, esto quod facta sit mentio ressignantei comitodè habere ex quo vivere possit. Pro cuius questionis solutione plures formantur conclusiones.

Prima, non valere resignationem quando non est expressum, quod Resignans habet aliunde unde vivar, ita disponit Concil. Trid. sess. 21. c. 2. Beneficium (inquit)

PRIVILEGI  
REGULÆ ARV  
ET  
CONTINENTIAE  
IN REGULÀ  
CUCULLARI  
APOSTOLIC  
BYSSUS IMP  
C. III  
8

(inquit) ad cuius titulum quis fuit sacerdos ordinatus, resignari non potest, nisi facta mentione quod ad illius titulum fuit promotus. Neque ea resignatio admittatur, nisi confito, quod aliunde commodè vivere possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Cui consentit Congregatio Cardinalium, hac declaratiōne anni 1588. Fuit (inquit) dubitatum an pro forma traditum eſer, ut resignans senetur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, adeò quod per equipollens adimpleri non posse. Et fuit resolutum pro forma traditum esse à Concil. & ante clausule annullatur, & quod Concil. negative loquuntur. Ita Tolet. c. 48. lib. 1. samme noſta 13. in fine. Azorius lib. 7. in ſit. moral. tom. 2. cap. 2. q. 7. Flam. lib. 5. de refiq. 6. num. 175. Garcia p. 2. c. 5. num. 192. Salcedo pralt. crim. canonica c. 18. num. 8. Et ita fuit resolutum in Rota anno 1588. de mense Maij in una Salamanca coram R.P.D. Orano Leodici. Rota Auditores celeberrimo, cujus nonen quoties citatur, toties maxima Jurisprudentia juxta ac eloquentia consummatio audiens animo oboritur. Et in una Hispalensi coram illius. Plato. 17. Junij eodem anno. videri potest Flam. supra. Et lib. 8. q. 7. Idem fuit resolutum in una Arctina plebis 4. Decemb. anno 1600. coram D. Millino.

Secunda Conclusio, non sufficere expressionem quod resignanti remanebit, unde viveret, sed etiam necessariò exprimendum, quod ad titulum illius beneficii fuerit ordinatus, ita Concil. supra allegatum & Authores: tūm quia Concil. Trid. utramq; expressio nem requirit, & quod sit promotus ad titulum talis beneficii, & quod habeat unde vivere possit, ita Flam. supranum. 35. Gonzales glo. 5. §. 10. num. 35. tūm quia ut supra dixit Congregatio forma dicti Concilij per equipollens adimpleri non potest, Idem tenet Azor. lib. 7. c. 25. q. 7. 6.

Tertia conclusio, in sacris constitutus, non potest ullo modo beneficium resignare, etiam si ad illius titulum non sit promotus, nisi aliunde habeat unde commode vivere possit, Ita pius V. in d. confit. 56. cuius verba supra retuli sunt ita de stylo servari refert Garcia 2. part. cap. 5. num. 189. Flam. lib. 3. de refiq.

5. 14. num. 3. Azor. lib. 7. c. 29. q. 7.

Quarta Conclusio, beneficium surrogatum illi beneficio, ad cuius titulum quis erat promotus, non potest resignari, nisi facta mentione, quod sit surrogatum ei ad cuius titulum fuerat resignans promotus, & quod habeat unde commodè vivat, Ita Garcia supra num. 210. & ali⁹ ibid. & Joannes Guitierrez op. 42. num. 1.

Quinta conclusio, renunciatio beneficii facta sub pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non tamen facta mentione quod ad illius titulum quis promotus, non valeret. Ratio est, quia ut dictum est supra, est forma sub quavul. Concilij in resignari talia beneficia, & in distincte annullatur resignatio alter facta. Ita tenet Congregatio Concilii cuius verba refert Garcia d. p. 2. n. 213. in hunc modum: Congregatio (inquit) censuit Concilium intrare &c;

Flah 2.

Petrus

Petrus Lodesina c. 7. post 10. conclus. Azorius supra cap. 15. quæst. 5. Flam. d. quæst. num. 41.

Decretum Concilii Trid. supræ relatū habet etiam locum in permittit  
nibus beneficiorum talium, quæ sunt nullæ non facta mentione quod per-  
tans ad titulum beneficii permittat fuit sacris ordinatus, nisi permittatio sit  
equivalens, ut Congregatio censuit super d. c. 2. ibi, & aliter facta permittatio  
nulla est. Congregatio, inquit, censuit non procedere hoc in æquivalenti,  
quod procedat etiam in permutatione tradit Gonzalez glo. 5. §. 10 a num. 4,  
dicens ita resolutum in una Mutinensis Canonicatus anno 1602. coram D. Litt.  
qua decisiō jam luci data est per Farinacium, qui illam non tribuit R. P. D.  
Littæ, sed illustr. Reverendiss. D. Cardinali Bononien. estque relata in 2. p.  
decis. novissimatum decis. 269. sub die 4. Decemb. 1609.

Plura videri poterunt apud citatos auctores, qui satius insinuant hæc dicta  
de stylo Rom. Curie, cum Seraphino decis. 1471. sub finem.

Objicitur præmissis Navarrus lib. 3. Consil. 23. quæ dicit valere resignationem  
hujusmodi, in foro conscientia non facta mentione tituli, & credit ita judicio  
turos præsidcs prætorii supremi papæ, si eorum tribunal subjiciatur.

Respondeo 1. ex consilio Navarri satis constare fuisset de stylo, ut fieri  
mentio in supplicatione quod esset quis ordinatus ad titulum beneficij, nam  
stylus ille non fuisset in usu, cessasset facile disputatio, & si contrarius fuisset  
stylus, Navarrus illum à se stare dixisset. 2. adduxisset taltem aliquod exemplum  
ad probandum illum stylum, quod certè non potuisset deesse in Curia Rom.  
3. non dixisset se credere, sed certò scire coram prætorii supremis iudicando  
validam talēm collationem non facta mentione tituli. 4. tantum dicit fore  
lidam collationem beneficij sub pensione ducentorum ducatorum religioni,  
nulla facta mentione quod in simili aut aliis collationibus fuerit unquam  
illis supremis prætorii iudicatum, cum constet ex supradictis non semel  
trarium fuisse resolutum in Rota. Addo & decisiones qua reperiuntur ad  
Gonzalem & Flamin. fuuisse posteriores Navarro, sicut & declaraciones Con-  
cilii Cardinalium anno scil. 1588. qua prævalent certè longè ejus autoritat,  
& non dubito quin si istas resolutiones vidisset Navarrus, mutasset sententiam  
nondum satis confirmatam ab illo authore. Addi posset Navarrum à simili  
sententiam nostram confirmare lib. 1. de tempor. ordinat. conf. 41. ubi nom. 2. di-  
cit renunciationem tituli ab Ordinario ad Diaconatum esse ipso jure nullatenus  
per cap. 2. Consil. Trident. Ses. 21. Idem Navarrus eod. lib. conf. 16. numero 14 ita  
loquitur: Consilium habet titulū hujusmodi sine licentia Episcopinullatenus  
renunciari posse, & verbum nullatenus inducit nullitatē actus ipso jure. Suc-  
ciam Navarro posteriores Toletus cap. 48. supra Flam. Azor. Garcia na. 152  
Joannes Gutierrez supra. Denique fatetur Navarrus in fin. d. conf. 23. nullatos  
ordinarios

ordinarios & delegatos particulares judicatores eam collationem non valere, quia neutra consilij conditio fuit in illa expressa.

Objicitur 2. Flaminius, tanquam variabilis, qui lib. 2. qu. 6. & alibi, senserat in ejusmodi resignatione necessarium exprimendum ad titulum beneficij illius fuisse ordinatum, & tamen lib. 8. qu. 7. ponere formam resignationis a Pio V. datam, qua rautum requirit ut exprimatur resignantem habere sufficiencia ad vitam.

Sed respondetur 1. Flaminium fuisse & haberri authorem doctissimum, qui est non placet uni & alteri, placet tamen propo omnibus peritis rei beneficia-  
r. placet Garcie supra. num. 192. ubi citatur in confirmationem hujus sententiae, placet Gonzalez in Reg. 8. Cancell. glo. 5. §. 10. num. 35. placet Azorio  
im. 2. super citato, & alij quotquot de resignat, tractant illo lubentes utuntur,  
eisque auctorati innituntur.

Respondetur 2. Flaminium non revocare lib. 8. quæ dixit lib. 2. sed confir-  
mare his verbis qu. 7. num. 48. Et si fuerit ordinatus ad titulum illius beneficij,  
hoc necessarium est exprimendum: Quod vero adfert formam Pij V. quæ hoc  
non exprimit, non ideo varius est, sed sapienter innuit duas formas Resignati-  
onis unam constitutionis Pij V. quæ inquit Azor. supra c. 19. datur Ordinariis  
tanquam formula observanda in admittendis resignationibus extra Curiam  
Romanam, & illa generalis est pro omnibus resignationibus apud illos, ut ne  
cessario debet exprimi, quod sufficenter habeat Resignans ad vivendum sit  
in facris. Nec in ea constitutione per aliquam clausulam derogatur Concilio  
Trid. cui certè derogandum est, ut desinat operari. attamen forma est Con-  
cil. Trid. quæ servanda est in resignat. beneficij ad cuius titulum est quis or-  
dinatus atque hoc satis insinuatum est ab authoribus supra citatis. nam Gar-  
cianum. 192. adfert formam Concil. Trid. num. verò 198. adfert bullam Pij V.  
Azor. verò lib. 7. c. 19. q. 5. adfert formam Pij V. & illam dicit apud Ordina-  
tios servandam: & c. 25. citat. Concil. Trid. eff. 21. c. 2. & omnino observan-  
dum dicit. Neque vero putandus Toletus, Seraphinus, & alij ignorasse bullam  
illam, & tamen Toletus haec ait: Nam verba Concilij vim habent decreti ir-  
ritantis, potentiamque tollentis faciendi contrarium. Et Seraphinus de supra  
citat in fine. concludit debere quandam Hieronymum manuteneri in posse-  
lione beneficii ad cuius titulum fuerit ordinatus, quia, inquit, fuerat ordina-  
tus ad illius titulum, & illud non expresterat: cui decisioni conformis est de-  
cilio 269. in Nouissimis part. 2. apud Farinacium, quæ est Illust. & Rever. D.  
Card. Bononien. de anno 1609. Decemb. 4.

Hhhi 3. Pius V.

Pius V. sufficere in omni resignatione si exprimatur hoc tantum, nempe signantem habere unde aliunde vivat, sed ait necessarium esse hoc exprimere in omnibus, in ijs vero ad quorum titulum est quis ordinatus, satis jam combat ex Concilio Trid. illud necessario exprimendum esse. Nec contra illa decisione decretum, vel ab aliquo authore confirmatum, preterquam varro, qui non decisum, sed forte decidendum in summo pratorio crebat, quod quidem non credidisset, si multas Rotæ decisiones, Cardinaliumque declarationes in contrarium vidisset, unde Scholiastes in Navarrum editum anno 1601. Venetiis apud Joannem Gulelum conf. lib. 1. de renunciat. conf. 4 qualiter muneris habetur lib. 3. conf. 23. sub fine recte hæc subjicit: Advertendum ferri Sacram Congregationem censuisse ejusmodi renunciationem esse motu ex quo non sit expressum resignantem ad illius titulum promotum, que expressio pro forma requiritur. hæc autem auctoratio, una est ex ijs, que si quanta sententia Doctoris minus probabilis visa est, magis receptam, & præterea Concilij Trid. Illust. Card. Congregatione magis probatam demonstrata dicitur in ipso libri titulo. Quid quod ipse Navar. in Manuali c. 22. de Sacra Roti Ordinis in si. citat, probatque decretum Concilij Trid. d. sess. 21. c. 2. quod ordinatus nimis ad titulum beneficij non possit illud resignare nisi conditum aliunde habere unde commodè vivere possit feceritque mentionem eius titulum illius beneficii fuisse promotum?

Nihilominus adversus communem hanc Doctorum scholam, sunt qui nolunt eam omnia, dicantque ex stylo Curia Romanæ sufficere in resignationibus exprimere, resignantem in sacris ordinibus constitutum habere aliunde ex quo vivere commodè possit, omissa expressione ipsum fuisse promotum ut sacros ordines sub titulo illius beneficii resignati.

De quo stylo, inquit, Cancellariæ, sexcentorum possent producere præmaticorum in Rom. Cancellaria exercitissimum elogia.

Quibus in tali casu credendum esse tradunt Farin. decisi. 197. num. 4. Gaberrez Canoniarum q. lib. 1. c. 33. num. 35. Flam. de resig. lib. 3. q. 6. num. 28. Buttol. in l. de quibus num. 21. ff. de legibus.

Quo stylo supposito, Rotæ decisiones, & sacra Congregationis declaraciones oppositum tradentes cessare viderentur, tum quia stylus Cancellariæ facit jus, & est attendendus e. ex litteris de rescript. e. quam gravi de criminis falsi et rati lib. 332. n. 2. p. 3. Gigas de pensio q. 54. num. 2. Mandos. ad Reg. Cancell. 10. q. 54. num. 6. item ad Reg. 3. q. 10. n. 7. & ad Reg. 8. q. 41. n. 13. Sarn. ad Reg. de Collit. Serrog. El. de Resig. lib. 10. q. 2. num. 15. tum quia mente in Principis aperi & declarat Mandos. ad Rubric. Cancell. q. 2. num. 3. tum quia quæcumq; sunt in Camera vel Cancellaria dicuntur fieri in consistorio, imo in conspectu Papæ, Flam. de Resig. lib. 3. q. 26. num. 3. & 5. Gomes. ad Reg. de triennali q. 7. 8. præterea Idemque stylus

PRIVILEGIO  
SEGVILLARIN  
ET  
COMMENTARI  
IN REGULA  
SEGVILLARIA  
APOSTOLIC  
PRAECEPS IMPE  
CHI 8

ius Rom. Curia facit jus & tollit omnem dubitationem facti, Gomes ad Reg. 67  
 l. imp. ben. vacant per obitum q. 6. vers. sed ulterius non solum in Curia, sed etiam in  
 partibus Gravet. ad Vefarium lib. 5. c. 3. n. 6. Garcia de ben. p. 1. c. 5. num. 88. quem pro-  
 videt servare tenentur omnes inferiores Ecclesiae. Gomes. in praevio Reg. q. 2. §.  
 quarto pro ista. Gutierrez. Canonistarum q. lib. 1. c. 33. nu. 35. in si. Card. in cle. quam-  
 um princip. de appellat. adeo ut sententia contra stylum lata sit nulla. Pres. Eve- 68  
 tudi in loco a stylo Curie num. 3. Flam. de resig. lib. 10. q. 2. num. 16. 17. Judexque lite-  
 heut suam Gigas de pens. q. 58. num. 2. Nec requiritur ut is sit obtentus in judi-  
 cito contradictorio, aut decisione aliqua papali firmetur, sed sufficit observan-  
 tia, crediturque peritis ita attestantibus Flam. lib. 3. q. 6. num. 28. Gravette de  
 antiqu. temp. part. 1. num. 36. Garcia de ben. d. c. 5. num. 88.

stante proinde predicto stylo de non exprimenda qualitate promotionis  
 til sacros ordines ex titulo, super quo ordinatur, non videtur posse dari de-  
 militate Resignationis.

Hincqua bilance trutinatis judicet lector, utra magis opinio sit sequenda:  
 tertie in re tam sinuosa & perplexa opera pretium esset. S. Pontificem adire, cu-  
 jus est interpretari, nedum Decreta Concilij, sed hanc vel illam DD. opinio-  
 nem probare vel rejicere, maximè in isto casu quo pragmatici peritissimi &  
 talentissimi Rom. Cancelleria raro exprimit resignantem fuisse promotum  
 titulum beneficij resignati. Interim non ex eo cautum arbitrarer resignanti  
 nulliceret invalidare resignationem à se factam, quia pro resignatario stareret  
 illud juris axioma, quod error juris dubij excusat, ut fuit sapius resolutum in  
 loca, & nominatim in una Visiten. Canonicatus, de qua dicam infra ad Reg.  
 Dispens. ad duas parochiales. Itaq; decisionem hujus questionis relinquo ja-  
 dio. S. D. N. Pauli V. qui ut est in omnibus facultatibus & scientiis consum-  
 matissimus, ita verius est flos delibatus eximiae pietatis atq; prudentie. De ca-  
 tero, haud dubium est, quin predicta constat. Riana sit in his locis in viridi ob-  
 servantia comprehendetq; quæcumq; beneficia, exceptis tamen beneficiis Ju-  
 niperatnatus ecclesiastici, quæ licet ad manus Ordinarii liberè resignare & per  
 alium conferre etiam familiaribus resignantium, per not. Garcie tract. de ben-  
 68. 3. n. 268. & seqq. ubi scribit ita declaratum fuisse per Gregorium ejus no-  
 minis XIII. & iste casus à paucis mensibus evenit in una beneficij simplicis seu  
 collanis propè & extra ecclesiam Tongren. de anno 1621. coram Officiali  
 Ludien. uti Executore Apostolico. Neque adversus hanc observantiam alle-  
 gat potest recens aliquis ulius contrarius: quia Constitutio Papæ non potest  
 nullip per contrarium usum sine ipsius Papæ scientia & consensu, neq; sufficeret  
 acutus ipsius consensus, Rota in una Romana concordie coram R. P. D. Cavalierio  
 16. Febr. 1610. quæ decisio extat apud Farinac. part. 1. dec. 221. nu. 5. & 6. in  
 1610. quam etiam confirmat decisio Rev. D. Damasceni supra, ibi Difficultas  
 à hoc casu.

## Argument-

*Argumenta in Regul. xliii. INNOCENTII VIII.  
qua est xlv. PAVLI V.*

1. Impetrações sunt ambitioſa.
2. Impetrans per ingressum religio-  
nis, debet probare actu ingressum.
3. An Regula hæc sit de dandis?
4. Camera Apostolica an bullas conce-  
deret contra hanc Regulam.
5. Beneficium non vacat per ingressum  
religionis sed per professionem.
6. Per professionem inducitur beneficij  
& pensionis vaçatio.
7. Concilium Tridentinum annullat re-  
signationes Novitii religionem in-  
gressi ante duos menes præceden-  
tes.
8. Resignatio ingredi volentis religio-  
nei subsistit, si ante susceptum habi-  
tum, vel ingressum religionis facta  
sit: Limita ut hic.
9. Resignans tenetur facere mentio-
- nem quod ad titulum beneficii  
promotus nec sufficeret si pos-  
conſtituerit illum habere abunde-  
quo commodè vivere posſit.
10. Monachus ante professionem  
test renunciare coram Ordinari,  
neque ante professionem vacat  
hujusmodi beneficium. & quid  
fructibus?
11. Novitus non potest renunciare  
si intra duos menes proximos am-  
professionem cum facultate Epulu-  
pi vel ejus Vicarii.
12. Quid si cœullam monasticam fe-  
mens sit Ordinatus ad titulum be-  
nificii?
13. Episcopus non debet beneficium  
predicantis religionem conferre si  
facta professione.

*Regula xliii. INNOCENTII VIII.  
qua est xlv. PAVLI V.*

*DE INGRESSV RELIGIONIS.*

**I**tem quod non dentur litteræ super beneficiis vacatis per in-  
gressum religionis, niſi ille præcesserit datam desuper petitionis.

GLOSSE